custodia vigilātes ac deū in toto cor
de diligētes. Tria vo psuadet eis. pri
mū ē ut de pceptis gr̃tijs sp deo grās
agāt. scdm ē ut pc̃tores nō despiciāt
s; poti⁹ ipis p cōpassionē assistāt. ter
ciū ē. ut in v̓tutū ac bonoꝝ opm pfc̃ū
vs; i finē pseuerātes existāt. Quar
tus fluui⁹ appellat̃ eufrates q̃ intp̃
tat̃ frugifer. et iste circuit caldeos si
cut dr̃ in historijs. Caldei vo intp̃tāt̃
mamlle vel fere. vel demōes. Signifi
cat igit̃ fluuius iste instructionē btē
marie. q̃ frugē etne vite. i. ihm xp̄m
attulit huic mūdo. Circuit āt fluui⁹
iste diuites et habūdātes in hoc sc̃lo
q̃ deberēt eē mamille paupm. i. cōso
latoēs et nutritoēs eoꝝ. licz hodie p
ipietatē conūsi sint in crudeles feras
et demōes infernales. Circuit inq̃ be
ata v̓go diuites in t̃bz eos erudiens.
Primū ē. ut in oī felicitate hui⁹ secu
li semp deū timeāt et p̄ oculis hēant
Scdm ē ut nichil p iiusticiā cōgrēgāt
vel possideāt. Terciū ē ut semp pieta
tem et miaz paupibz exhibeāt. Hec
eñi tria marie a diuitibz reqrūt̃. Ro
gate ergo btām mariā. ut p eam hic
nūc in hui⁹ mundi exilio reficiamur
ut tāde in pc̃ia claritatē vult⁹ eius
aspicē mēamur. Qd̓ nobis pstare.

Item in natiuitate btē marie v̓gīs

Orietur stella ex iacob. nūi xxiiij.
Notādū ē q̃ stella illa cui⁹ or
tū ille gētilis vir balaā pnūciauit.
ē btā virgo maria. Propter qd̓ duo
pn̄cipalr̃ sūt hic notanda. Primū ē
quare btā v̓go stelle cōpetur. Secū
dū ē cui stelle cōueientius adaptet̃.
De p̓mo nota q̃ btā maria stelle
cōparat̃ ppter sex stellarū pprietā
tes que cōcurrunt in ipa. Primo igi
tur sicut p stellas nox illumiāt̃. ita
eciā p btām v̓ginē tota ecc̃ia est illu
strata. Vñ quilibz xp̄ian⁹ dz dicere
de btā virgine hoc qd̓ dr̃ sapiētie. vij
Sup salutē et speciē dilexi eā idest
mariā. et pposui p luce hrē illā. qm̄
inextiguibile ē lumē illi⁹. Multū di
ligenda ē btā virgo a quolibet xp̄ia
no ppt̃ hoc q̃ ē inextinguibile lumē
eius. Nūq̃ eñi aliquis intātū peccat
si vult p verā pn̄iaz recurrere ad ip
sam q̃n ipa sit stati q̃i lucerna pedi
bus suis et reducat eum in viā salu
tis etne. Scdo stellarū nā magne
mundicie indicat̃. Sic eciā btā v̓go
mundissime nature fuit. Vnde dr̃ de
ea sapi. vij. Attingit vbiqz ppt̃ suā
mundiciā et est emanacō quedā cla
ritatis diuine sincera. Ideo nichil co
inquinatū in illā incurrit. Vñ dr̃ q̃
mūdicia btē virginis attigit vbiqz
Attigit eñi patrē et filiū et spm̄ scm̄
Patrē attigit ex sinu suo accipiēs fi
liū suū vnigenitū. filiū attigit eundē
recipiens in vterū suū. attigit et spi
ritū scm̄ quē habuit i diuine cōcepcō
nis adiutoriū. Et vere btā v̓go ma
ria munda fuit. Fuit eñi claritatis
oīpotentis dei sincera emanacio. Ip
sa ab inicō et añ secula emanauit a
deo q̃ ad hoc ut fieret mater filij dei
p̄destinata fuit ab etno. et ideo nich
il coinquinatū potuit intrare in illā
Decuit eñi ut illaq̃ futura erat mr̄
dei ut sancta esset et immaculata.
Qz autem beata virgo ab eterno p̄
ordinata fuerit in matrem dei ipsa
protestatur prouerbioꝝ viij. vbi dr̃

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-183/0335
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt